

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11872

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3247

C O D I C E S

3248

rum Piores IV. Historici; *Primus enim Concilia usque ad Nicenum I. Secundus usque ad Nicenum II. Tertius usque ad Romanum IV. Quartus usque ad Ferrariense* sub ipso Eugenio IV. percurrit. Liber Quintus de Summi Pontificis Potestate, Sextus contra Patriarcham Antiochenum Confutationum, Septimus Repercussionum aduersus Antiochenum inscribitur. Nihil de duobus his Libris ultimis adversus Johannem Patriarcham Antioch. unum e Concilii Basil. Praesidibus directis innotuit Quetifo T. I. p. 794. ubi tantum Libros V. censet. Itaque fortasse desunt in Mss. Vaticano et altero Card. Bisciae, quae duo solum Quetifus excitat. Quod vero ad totum Opus pertineant, Autor ipse in Praef. L. VI. declarat: *Adversus bunc (Johannem) igitur sextus bic atque septimus agitur Liber. Johannem hunc acrem Potestatis Conciliorum supra Papam propugnatorem fuisse ex Adis Basil. et Cod. nostro CCCLXVII. liquet, quin ad illum referenda videtur Inquisitio de Potestate Papae, quae in Martenii Vett. Scriptt. T. VIII. p. 826. legitur. Non igitur mirum, impugnari illum a Leone nostro, cuius c. 14. L. V. inscribitur: Quod Romanus Pontifex sit super omnia Concilia Universalia, et iterum c. 6. L. VI. Quod summus Pontifex sit supra Concilium. Praemisit ille Libris singulis Praefationem ad Eugenium, quarum, quae prima est, ita orditur: Rerum diuinarum omnes admodum tractato-*

res, qui ad ecclesiasticam religionis disciplinam elaborarunt, ut aliquid suorum studiorum exponerent, id speciali cura mibi egisse visi sunt, ut aut utiles saluberrimasque institutiones, aut per necessarium rerum gestarum seriem stilo texerent. Sane ad utramque se partem ex utroque linguarum genere Scriptores plurimi contulerunt &c. Vides dictio nem hominis a monastica diversam; sed neque eruditio, nec dicendorum ordo defuit, quamvis caussa illius nostro demum aevvo procubuerit. Scripsit ille anno 1437. Ita enim habes L. III. c. ult. At uero sumptibus et labore praescripti D. Eugenii et Imperator et Patriarca Graecorum cum multis illarum partium Archiepiscopis et Episcopis jam nunc bis diebus, quibus ista conscripsimus, ad generale Concilium Ferrariae deueniunt, cujus Concilii Sessio prima celebrata est anno 1438. 10. Januarii.

DCCCCLXVI.

Codex chartaceus lat. germ. 210
Sec. XVI. Folior. 228. f. continet Farraginem Scriptorum olim ad Johannem Fabrum Ep. Vienensem pertinentium. Praecedunt: Ecclesiasticarum Rerum Excerpta de Duobus Conciliorum Tomis nuper (anno 1538. a Petro Crabbio O. M. editis) Coloniae Agripinæ impressis. Calculo laborans elaborabat et collegit Gandaui octiduo Joannes Fabri Episcopus Vienensis Anno M. D. XXXX. Mensse Aprili. Indicis loco in hos II.

To-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11872

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3249

SYNODICI.

3250

Tomos servire poterant, sed non servivere diu bono Praefuli anno sequente XII. Cal. Junias vivis exempto.

II. fol. 44. *Loca ex duobus Tomis Conciliorum annotata de Primatu Petri ac Romanę ecclesię, quibus quoque Concilijs præsiderint Pontifices Romani, aut eorum Legati, Vicegerentes.*

III. fol. 52. *Consultatio ac bona Informatio quibus rationibus S. R. Caes. Maiestas dominus noster Clementissimus (Carolus V.) in Rebus Sacrosancte religionis ac ex altera parte de nouis seditiosis ac pernitiosis pestilentissimisque sedis ad futurum conuentum imperialem ac alias quoque tractare constituere ac ordinare, ut Caesaris officium est catholici possit ac debeat. Grave Scriptum, anno, ut opinor, 1530. confessum; meminit enim Turcarum Tiranni anno proximo ad obſidēdā Viennam accelerantis Autor, quem Joannem Fabrum habeo, cum Ferdinandum Regem iterato Dominum suum clementissimum adpellet, quod Fabro familiare.*

IV. fol. 68. *Responsio Caroli V. Protestantibus data 2. Aug. 1530. ut Cod. CCCCLIV. &c. et Coelestini Hist. Comitior. Aug. T. III. p. 1.*

V. fol. 102. *Retractatio et libera Confessio (Henrici VIII.) Regis Angliae De anno 1539. Articuli, quos continet, referuntur a Sleidano Hist. L. XII.*

VI. fol. 104. *Ableyning eyne schweren yrtumb vom Hochmyrdigen Sacrament des Altares &c.*

*Durch D. Johann Fabri Bischoff zue Wien MDXXXVIII. Versio est Opusculi ad Senatum Pragensem titulo: *Confutatio gravissimi erroris afferentis in Sacramento Altaris post consecrationem non esse totum et integrum Christum &c. 1537. quod extat P. III. Opp. Fabri Colon. 1537 — 39. f. ei que molestias concivit, ut habes Cod. CCCCLX. Versio manu illius limata est.**

VII. fol. 133. *Notata quae-dam de Communione sub utraque Specie. Initium: Ad complanandum articulum communionis sub utraque consideranda sunt multa. &c. Refelluntur Utraquistae.*

VIII. fol. 138. *Super confessio-re Lutherana iudicium. Auto. Jo. Fa. (bro) Epi. Viennen. Haganoë Anno 1540. Germanice, sed imperfectum, non nisi ad IV. Articulum pertingens. Scriptum tempore Conventus, qui ibi 25. vel 28. Junii coepit, Ferdinando Rege, in cuius comitatu erat Faber, jam mensem unum antea eo delato.*

IX. fol. 146. *Kurtze Ausfue-rung, warumb sich die protestie-renden Stende auf die Confession zu Augspurg im dreyßigsten Jar der Ro. Kay. M. übergeben, mit gueten gewissen nit zu ziehen vnd zu vertrosten haben. Rationes V. a Fabro itidem Haganoë exposita, cur Confessio Augustana res-puenda sit.*

X. fol. 150. *Joannis Fabri Ep. Viennensis in materia fidei, reli-gionisque Collegetanea. Enumerantur Scripta XIX. non omnia im-pressa,*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11872

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3251

C O D I C E S

3252

pressa, neque in *Codd. haetenus recensitis occurrentia. Elenchus ad completam Fabri βιβλιογραφίαν opportunus.*

XI. fol. 152. *Recessus qui per Cesaream Maiestatem Electori Saxonie Principibus et sex Ciuitatis Luteranis Propositus fuit Quem acceptare noluerunt. Extat, sed paullo alia phrasē in Coelest. Hist. Comitior. Aug. T. III. f. 137. in Lunigii Archiv. Imp. Part. Gen. Continuat. p. 540. et aliis.*

XII. fol. 154. *Johannis Fabri Argumentum in Librum, quem per decursum adpellat Collationem, qua Confessio Augustana confunditur, et se ipsam suo mucrone confodit. Initium est: Gloriosissimus ac invictissimus Imp. Carolus — dum anno a Christo nato M. D. XXX. pro sua innata virtute &c. Liber ipse abest, nec facile dispicias, ad quam ex tot polemicas Fabri lucubrationibus Argumentum istud pertineat.*

XIII. fol. 158. *Gallici Oratoris (Lazari Bayfi) Sententia ex ejus oratione ad status imperij habita, considerata: Haganoë 16. julij. 1540. Initium: Christianissimus Rex cum intellexisset diem ad sedandas Germaniae controuersias Spire fuisse inditam &c. Brevis et Protestantibus infesta. De regis sui origine ait Orator: quam ex Germanis non sine animi bilitate deduxisse gaudet.*

XIV. fol. 160. *Scriptum germanicum Conciliatorium inter Catholicos et Protestantes, quod in-*

cipit: *Diese Nachvollgende Mainung haben etliche wenige guethzige leut von beden theilen die man Babftisch vnnd Luterisch nennet — zusammen gesetzt &c. Ad calcem: Recognouimus philippus Melanchton et Martinus Butzerus. Non invenio mentionem hujus Opusculi, quod de Peccato originali, libero Arbitrio, Poenitentia, Baptismo, Coena Domini, Confirmatione, Vocatione Ministrorum, extrema Unctione, Ciborum delectu, Monachatu, Cultu SS. Festis, Oratione pro Defunctis, et Magistratum officio tractat.*

XV. fol. 185. *Senatus Consultum pro variarum opinionum abolitione in aliquot suis partibus christianam religionem concernens. Sunt Decreta Anglicana 1540. de quibus videri potest Burneti Historia Reformat. Eccl. Anglic. L. III. ad hunc annum. Initium est: Cum excellentissima regia maiestas sit diuino iure huius uniuersalis ecclesie ac congregacionis Anglicane immediate sub deo supremum caput &c. Catholica sunt pleraque, quae tunc ad tempus statuebantur.*

XVI. fol. 194. *Canones de Coniugio et Continentia sacerdotum. Incipiunt a Concilio Ancyrano celebrato circa 314. et in Matisconensi I. circa 582. desinunt.*

XVII. fol. 205. *Idem Scriptum germanicum, quod supra N. IX.*

XVIII. fol. 210. *Rhythmi vernaculi contra Lutheri Adseclas:*

Möcht

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11872

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3253

SYNODICL.

3254

*Möcht es geschehn Cristlicher Zucht
ich redt gern von Luterischer frucht
was Tugent sie sich geflossen
wolten eurn glauben wissen &c.*

Finis:

*Ach berr gedenck wir sein getauft
darzu mit christus Pluet erkaufft.*

XIX. fol. 219. Quaedam ad *Rupertum de Mosheim* olim *Paf-
sav.* Eccl. Can. et Decanum, de quo Cod. DXXXIII. pertinentia, et in primis ea, quae de IV. Libris suis de *Monarchia et Palingene-
stia christiana Fidei* per *Julium Pfugium*, per *Cancellarium Mogunt.* et *D. Jacobum Reiter* ad *Electorem Mog.* referri voluit, lingua germanica; dein latine: *Iuditium datum Sacre Re. Maiestati per doctorem Nauseam et Joann. Coelium super negotio Ruperti de Mosbaim Decani olim Patauiensis. Aetate Hagnoe Mense Julio Anno. 1540. Brevis, sed graphicæ Hominis fanatici adumbratio.*

DCCCCLXVII.

¹²⁴ Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 283. f. *Johannis Fabri Ep. Viennensis Adver-
sariis addendus, eiusque olim xtn-
px, ut, cum formula impressa
thecae adglutinata, tum manu
Henrici Pffleger scripta testatum
facit, continet sequentia: I. De-
cretum Concilii Constantiensis, quo
decernit Communionem sub utraque
specie non esse sub præcepto, et*

*quod uniuersalis ecclesiæ consuetudo
de Communione sub una specie ser-
uanda sit, secus facientes aut sen-
tientes impie sentire decernit. Per-
tinet ad Sessionem generalem XIII.
an. 1415. 15. Junii celebratam,
legiturque apud *Labbeum* T. XVI.
Concc. edit. Venet. col. 218. et *Herm. von der Hardt Concil. Const.*
T. IV. P. 4. p. 332. cum non-
nullis Variantibus.*

II. fol. 3. *Abiuratio Hieronymi de Praga.* Pertinet ad Sessionem XIX. 23. Septembr. habeturque apud *Labbeum* col. 292. et *Herm. von der Hardt* P. 8. p. 503.

III. fol. 8. *Declarationes novae Iglauienses Compañatorum Pra-
gensum anni 1433. Extant in Leib-
nitii *Mantissa Cod. J. G. diplom.*
p. 147. datae Iglauiæ Olomucen-
sis Dioecesis die quinta mensis Julij.
Anno domini 1436. Sed non vi-
derit magnus *Leibnitius* Descrip-
tiones VI. Sigillorum, quae in
Codice nostro additae sunt, vide-
licet *Sigismundi Imp. Alberti Du-
cis Austriae, et Legatorum Con-
cilii Basil. ad Bohemos et Moravos
Philiberti Ep. Constantiensis
Prov. Rothomag. Job. de Palo-
mar Archidiaconi Barchinonens.
Martini Bernerii Decani Turo-
nens.**